



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XX. De testibus & attestationibus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Fit ea per libros antiquos, testes, mam, & per alia administricula. Fa veluti publicum testimonium, au quidem & confirmat rei, de qua qu tur, fidem; non tamen cedit in vi justæ probationis.

De Testibus & attestationibus  
TIT. XX.

Inter modos probandi, de quibus us tim tractant Tit. sequentes, frequ simus est, qui fit per Testes.

1. *Testes in quibus causis admittantur possunt?*

**I**N omnibus omnino causis, tam na libus, quam civilibus, & tam his Ecclesiasticis ac spiritualibus, non profanis.

2. *Quales testes probant?*

**e. I. b. t.** Oportet eos esse idoneos, & fide gnos, seu, ut dicitur, omni exceptio maiores. Quales habentur omnes, qui nominatim per Canones aut legi hibentur testimonium dicere.

3. *Qui ergo prohibentur esse testes?*

Prohibentur I. Impuberces, fornic mente capti, ob defectum vel infir

tatem judicii. II. Domestici, consanguinei, vel affines ejus, a quo & pro quo producuntur, propter affectionem & famam. *c. Testimoniore erga suos.* III. Perjuri, infamia 54. mes, sive infamia sit juris, sive etiam factum est, saltem secundum Canones, ac famam. *cod.* So aliquo judicio condemnati, veluti furti, de dolo &c. imo & accusati tantum, iudicio adhuc pendente.

4. *An Clerici & Prælati in causa Ecclesie suæ?*

Quamvis alias testis idoneus nemo sit *l. 10. D.* in propria causa, quæ directe vel indirecte *De testib.* ad se pertineat, non tamen prohibentur *& l. Omniclerici in causis suæ Ecclesiæ, modo non bus 10. C.* sint illius procuratores; quia res Ecclesiæ *cod.* non sunt revera res singulorum.

5. *An Monachi vel alii Religiovi?*

Verius est, nec illos arceri a testimonio dicendo: quia contra eorum professionem non est, prodere veritatem quamvis alias prohibeantur, se negotiis immiscere secularibus.

6. *An laicus contra Clericum?*

*c. 14. b. 2.*

Nullo modo; in causa utique criminali, & quoad plenam probationem. *d. c. 14. Abbbs in*

K

*Secus n. 5.*

Secus quoad judicium faciendum, i  
ciens ad torturam.

7. *An mulieres?*

In causa civili, veluti in contractu  
non prohibentur; in causa vero criminis  
prohiberi, communior habet sententia.  
Nisi agatur de crimine per modum in  
c. 3. b. t. sitionis vel exceptionis.

8. *Testes quomodo & qualiter produc  
ac recipiendi?*

*contra* In primis petere a judice debet, in  
*Vallen. hic* Actor sive Reus, admitti ad probandum  
§. 2. n. 23. & dari sibi terminum probandi, i.e. unius  
diem, intra quem testes suos producuntur.  
*c. 2. h. t.* præterea citari adversarium, ut videat  
testes produci & jurare; una cum cito-  
tione articulorum, super quibus testes  
ducere intendit & nominibus tellin-  
*c. 2. eod.* si quid forte in personas eorum obiectum  
*in 6.* habeat. Exhibitum insuper ei  
ab adversario, si velit, judicii suis que  
que interrogatoriis super articulis prius  
exhibitum, ut, si forte testes produc-  
ente sint subornati, id judex interrogatoriis  
adversæ partis faciliter prehendat. Excepto que deinde a  
gulis testibus juramento, de eo, quod  
testimonium ex anima sententia dices.

singuli sigillatim ac separatim , remotis li-  
tigantibus , examinandi de singulis caussæ c. *Cum*  
circumstantiis , de personis , loco , tempore , *caussam*  
visu , auditu , scientia , credulitate , fama 37. b. t.  
& certitudine rei : & potissimum de ratio- *Vallen-*  
ne sui dicti seu depositionis. *bic §. 2.*  
*num. II.*

9. *Permittine debet super iisdem articulis*  
*secunda aut ulterior testium pro-*  
*ductio?*

Permissa quidem secunda & tertia , non  
etiam ulterior . Nisi qui quartam pro-  
ductionem postulat , affirmet juramento ,  
se eam dolo malo non petere , neque te-  
stificata aliquo modo didicisse , id est , c. 15. *&c.*  
testimonia intellexisse , sed quia quos pro- pen. eod.  
ducere de novo desiderat , prius habere  
nequiverit .

10. *Publicatione attestationum facta , an alii*  
*testes super iisdem vel contrariis arti-*  
*culis produci poterunt ?*

Non poterunt , ne quidem in caussa ap- c. 17. *&c.* 25.  
pellationis ; quia qui semel didicit testi- eod.  
ficata , facile posset super iisdem vel con-  
trariis articulis falsos testes subornare . Su-  
per aliis vero articulis nihil prohibet , alias  
testes producere , non facta ulteriori testi-  
um productione .